



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Vbi quæ ad omnifariam Episcopi potestatem, vel ad Sacramenta, &
Ordines conferendos, vel ad dispensationes elargiendas pertinent,
comprehensa sunt

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Clerici In Minoribvs quando fori priuilegio gaudeant. Allegatio XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98621)

est per Concilium Tridentinum.

25 Clerici in minoribus coniugati solum in criminalibus, non autem in civilibus fori privilegio gaudent.

26 Clerici in minoribus coniugati, ut fori privilegio gaudeant necesse est quod cum unica virgine contraxerint, vestes deferant, & tonsuram.

28 Attento iure Ordinis Reg. Lusitanorum, ut huiusmodi clerici in minoribus coniugati gaudeant fori privilegio requiritur quod tempore delicti, & captivitate habitum, & tonsuram deferant.

29 Clericus coniugatus incedens sine habitu, & tonsura si pro crimine capitur, deinde in carcere fugiens habitum, & tonsuram reassumat, an fori privilegio gaudeat?

30 Clerici coniugati negotiis secularibus se immiscentes, an fori privilegio gaudeant?

31 Clerici in casibus in quibus privilegio clericali privantur, an possint puniri à Iudice seculari nulla precedente degradatione.

32 Clerici, qui decreto Concilij Tridentini fori privilegio privantur, privilegio etiam Canonis an censentur privati? disputatur.

33 Cognitio, & decisio dubij circa clericatum ad quem iudicem pertineant ecclesiasticum an secularem? discutitur.

34 Remissio clerici facienda est sine eius dedecore, ob reverentiam clericali dignitati.

35 In fugienti deprehendere dicitur, quando incarcerandus, nec fugere, neque inficiari poterit.

36 Iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui, & sententia Iudicis secularis in clerico remissa.

37 Novitij sunt ecclesiastica persona, & privilegio fori gaudent.

38 Conuersi veri religiosi sunt, & privilegio fori, ac Canonis gaudent.

39 Oblati, qui se, & sua in totum Religioni tradiderunt gaudent privilegio fori.

40 Deputati auctoritate Prælati ad aliquod Hospitale erectum auctoritate Ordinarij, gaudent fori privilegio.

41 Fratres tertij Ordinis Sancti Francisci, quando gaudent fori privilegio.

42 Eremita, qui nullam profitentur Religionem, exempti non sunt à potestate seculari, nec privilegio Canonis gaudent.

43 Eremita professionem emittentes privilegio fori, & Canonis gaudent.

44 Penitentes seculari iudicio sunt subiecti, neque aliquo fori privilegio gaudent.

45 Militares Religiosi fori privilegio gaudent, etiam si professi non sint.

46 Militares ex Ordinibus Christi Domini, Dni Iacobi, & similibus, an veri Religiosi sint.

CLERICI IN MINORIBUS quando fori privilegio gaudeant.

ALLEGATIO XII.

1 Clerici in minoribus si coniugati non sint attento iure communi fori privilegio gaudent, sicut & clerici in maioribus; etiam quoad cetera exemptionis privilegia à potestate seculari. Appellatione enim clericorum ex verbi proprietate continentur etiam clerici in minoribus: patet, quia

clerosidem est, quod fors, cap. clerici 21. dist. 8. ideo cum omnes clerici etiam in minoribus in forem Domini divinaque magisteria exercenda, vocentur, dist. cap. clerici cap. perbellis 21. dist. 8. capit. cum secundum de prebendis ibi, etiam in minoribus propriè clericos nuncupari, sequitur eisdem privilegiis, & exemptionibus frui debere, quibus, & alij fruuntur in maioribus, & probat text. in cap. 2. de foro comp. ibi, aut clericum vllum, si intelligas ampliativè, ad clericos in sacris, de quibus immediate egerat, & insuper consideres vniuersalem affirmatiuam, quæ in prædictis verbis inuoluitur, & quæ resultat ex vniuersali negatiua, quæ in textu formaliter exprimitur, ex hac enim nullus iudicum secularium, neque presbyterum, Diaconum, aut clericum vllum desfringere, aut condemnare præsumat, sequitur vniuersalis affirmatiua, omnis clericus, tam in maioribus, quam in minoribus potitur privilegio fori, ne à seculari iudice desfringi valeat aut condemnari, quamvis aliter prædicta verba intelligat Gutier. de iuram. consil. part. 1. cap. 17. numer. 12. & ita clarum est de iure clericos prima tonsura, vel in minoribus constitutos, tam in civilibus, quam in criminalibus, gaudere fori privilegio, & à seculari potestate exemptos esse, ut probant text. in cap. clerici, & in cap. cum non ab homine, de iudic. & in dist. capit. 2. de foro comp. cum similibus.

2 Hodie tamen ex decreto Concilij Tridentini, sess. 23. de reformat. capit. 6. huiusmodi clerici in minoribus non gaudent fori privilegio; nec in civilibus, nec in criminalibus, nisi beneficium ecclesiasticum habeant: aut clericalem habitum, & tonsuram deferentes, alicui Ecclesie de mandato Episcopi inferuiant, vel in seminario clericorum, aut aliqua Schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores Ordines suscipiendos versentur, consonat apud nostros Lusitanos Ordinatio Regia lib. 2. tit. 1. §. 27. & apud Hispanos lib. 1. tit. 4. lib. 1. nouæ recopil. tradunt Salzed. ad Bernard. cap. 62. numer. 9. Garcia de nobilitate gloss. 9. numer. 50. Henric. in summ. lib. 10. cap. 15. §. 2. & lib. 14. cap. 49. §. 1. in fine, Sot. de Paz, in praxi tom. 2. præludio 2. numer. 6. & 7. Morl. in compo iuris part. 1. tit. 2. in præludio numer. 138. Cenall. commun. contra comm. quæst. 896. numer. 579. tom. 4. Garcia Masfrillo Sicilia decis. 113. D. Barb. in l. Titia numer. 36. ff. soluto matrim. Palasc. consul. 131. numer. 32. Fr. Emman. quæst. regularium tom. 2. quæst. 139. art. 2. Carol. de Grassis de effectib. cleric. effectus 1. a numer. 1167. Nicol. Garcia de beneficiis part. 2. cap. 2. numer. 2. Thom. Palasc. alleg. iuris tom. 1. alleg. 10. numer. 2. & alleg. 44. numer. 2. Beniens. in praxi cap. 7. Leo in thesauro fori eccles. part. 1. cap. numer. 2. & 3. Farin. in praxi crimin. quæst. 8. numer. 5. & a numer. 60. Pzolin. de potest. episcopi cap. 12. numer. 3.

3 Clerici primæ tonsuræ, seu minorum Ordinum beneficium habentes, gaudent privilegio fori in civilibus, & criminalibus, ut probatur ex dist. capit. 6. Concil. Trident. & tradunt Mascard. de probat. conclus. 302. numer. 14. Gutier. practice lib. 1. quæst. 7. Garcia dist. cap. 2. numer. 5. ubi ampliat, & decusum refert, etiam si clericatus renuntiauerint.

4 Et beneficiatus ad effectum ut effugiat forum seculare non sufficit probare titulum beneficii, nisi etiam probet illius possessionem, disponit Ordin. Reg. Lusitan. lib. 2. tit. 1. §. 25. & ita resoluunt Clar. in §. final. quæst. 36. numer. 21. vers. hac autem in fine, &

verſ. regulariter autem, ubi Baiard. num. 14. Menoch. conſil. 150. num. 6. cum ſequentibus. Sigismund. Scac. de indic. cauſar. civil. libr. 1. cap. 11. num. 82. Maſcard. de probat. conſul. 302. num. 16 & 17. Farin. diſt. quaſt. 8. num. 45. & 70. Carol. de Graſſis diſt. effectus 1. num. 1187. Cord. Tuſch. praſt. conſul. litera B. conſ. 78. num. 8. Aloyſ. Ricci. in praxi fori eccleſiaſtici deciſ. 388. in 1. edit. & reſolut. 327. num. 1. in 2. edit. 5 Et limitat ubi collatio beneficii eſt valida, & propterea beneficiatus non fuit adeptus poſſeſſionem, quia mouit litem contra intruſum, & ita deciſum fuiſſe referunt Marc. Anton. Genueſ. in praxi Archi. Neapol. cap. 7. num. 6. Flamin. de reſignat. libr. 7. quaſt. 1. num. 47. Franciſc. Leo. in theſauro fori eccleſiaſtici part. 1. cap. 11. num. 2. Nicol. Garcia diſt. cap. 2. num. 14. Quamuis contrarium, imo collationem beneficii obtinentem, etiamſi poſſeſſionem non habeat, priuilegio fori gaudere, reſoluunt Mil. in ſuo repertorio verbo obtinere dicitur quis beneficium, Flamin. diſt. quaſt. 1. num. 47. Gig. de penſionib. quaſt. 94. num. 12. Cened. praſt. & canon. quaſt. lib. 1. quaſt. 4. num. 22. Vilas. del Patronado de Calat. ind. 4. p. in princ. num. 10. Quae quidem opinio potest procedere in incedente in habitu, in quo ſufficit collatio beneficii, vt gaudeat priuilegio fori, nec opus erit conſtare de validitate illius, ſed ſatis erit eſſe coloratam, & apparenter validam, cum non agatur de ea principaliter.

6 Amplia primo huiusmodi clericum primae tonſura ſeu minorum Ordinum beneficium habentem gaudere priuilegio fori in ciuilibus, & criminalibus, etiamſi habitum clericalem, & tonſuram non deferat, nam in habente beneficium id non requirit Concilium: ſed ſolum in inſeruiente alicui Eccleſiae, vel in Seminario, aut Schola, vel in vniuerſitate verſante, vt conſtat ex ipſo contextu Concilij, & illa diſiunctiua; aut, quae diſiungit, ita in terminis reſoluunt Clar. §. final. quaſt. 36. num. 16. & 19. Lelius Zechius de Repub. eccleſiaſtica, tit. de clericis verſ. ad hoc, de Ponte conſ. 24. vol. 1. Fr. Emman. in ſumm. part. 1. cap. 155. conſul. 2. Salzed. ad Bernard. cap. 61. num. 6. verſ. ſi tamen Curia Philipp. part. 3. §. 1. num. 3. ad finem. Azueta. l. 1. num. 9. verſ. ſed ſi beneficium tit. 4. libr. 1. noua reſcripta. Carol. de Graſſis diſt. effectus 1. num. 1195. cum ſeqq. Forin. diſt. quaſt. 8. num. 7. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſ. §. 5. §. 5. num. 6. Cennall. quaſt. 563. num. 3. Bobadill. in ſua politica lib. 2. cap. 18. num. 102. lit. E. Cened. diſt. quaſt. 4. num. 29. Bellet. diſquiſit. cleri. part. 1. tit. de ſauore clericor. perſon. §. 8. num. 7. verſ. diſtinguendo, Garcia diſt. cap. 2. num. 4. ubi num. 5. dicit procedere etiam ſtante hodie Conſtit. 30. Sixti 7. de habitu, & tonſura. Inueni tamen deciſum fuiſſe clericos in minoribus beneficium habentes, eo ipſo priuari priuilegio fori, ſi ſe immiſceant enormitatibus, & ſeditioſi ſint, refert Bellet. diſquiſit. cleri. tit. de ſauore cleri. perſonali. §. 8. num. 7. in fine part. 1. Et nota quod ſi tempore commiſſi delicti erat beneficiatus de foro eccleſiaſtico, quia tunc habebat beneficium, etiamſi poſtea ducat vxorem, cauſa eſt tractanda, in foro eccleſiaſtico, ſteph. Gratian. diſcept. for. cap. 224.

7 Secundo, amplia procedere, etiamſi beneficium ſit modici valoris, quia ad effectum gaudendi fori priuilegio ſufficit ſolus titulus, abſque redditibus, ita Marc. Anton. Genueſ. diſt. cap. 7. in fine, Aloyſ. Ricci. in deciſ. Curiae Archiep. Neap. deciſ. 7. in praxi fori eccleſiaſtici reſolut. 327. verſ. ſufficeret 3. Campanil. in diuerſ. iur. Canonice rub. 8. cap. 5. num. 19. Nicol.

Garcia de beneficiis part. 1. cap. 6. num. 37. & part. 2. cap. 2. num. 3. Carol. de Graſſis diſt. effectus 1. num. 1224. ubi idem reſoluit de clerico habente beneficium ſine redditibus.

8 Tertio, amplia in habente penſionem ſolitam concedi clerico, prout reſoluunt Salzed. ad Bernard. cap. 67. num. 10. alias cap. 64. incipit coram ſecularibus num. etiam 10. Lazarte de Alcaualá capit. 19. num. 24. Creſcent. deciſ. 14. de ſent. & re iudicata, Vilas. del Patronado de Calat. ind. part. 4. §. 3. num. 12. Portul. in tract. de las competencias de las iuriſdicciones quaſt. 3. num. 20. Fr. Emman. in ſumm. tom. 1. cap. 155. num. 11. praxi episcopalis part. 1. verbo clericus §. 2. dub. 2. Et pro hac opinione ſcio Sacram Congreg. decidiſſe obtinentem penſionem haberi pro clerico beneficiato ad effectum priuilegij fori, vt refert Armen. dar. in addit. ad reſcript. legum Navarra lib. 2. tit. 19. de foro comp. num. 5. & 7. Sed non obſtante veriori hac opinione, quam ſequuntur alij, contrariam tenent & receptiorem affirmant atque ſtantes etiam pro hac parte fuiſſe deciſum, ex quorum numero ſunt Azueta l. 1. num. 5. verſ. ſed in penſio tit. 4. libr. 1. noua reſcripta. Flamin. de reſignationib. libr. 1. quaſt. 11. num. 70. & libr. 2. quaſt. 15. num. 15. late & eleganter Carol. de Graſſis diſt. effectus 1. num. 1198. cum multis ſeqq. ubi plura adducit contrariis reſponderet, Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſ. §. 5. §. 5. num. 6. Aloyſ. Ricci. in deciſ. Curiae Archiep. Neap. par. 2. deciſ. 7. num. 11. & deciſ. 192. num. 10. ad fin. Nicol. Garcia de Beneficiis part. 1. cap. 5. num. 70. Cened. diſt. quaſt. 4. num. 32. cum ſeqq. quam intelligerem de penſionariis non excedentibus penſionem ſexaginta ducatorum auri de Camera in Bulla Sixti 7. quae incip. Paſtoralis de an. 1580. cum Bellet. in loco infra citato §. 8. num. 11.

9 Quarto, amplia in coadiutore poſito per Papam, qui eſt primae tonſura, ſeu minorum Ordinum, ita Nicol. Garcia de beneficiis part. 2. cap. 5. num. 98. Armend. ubi proxime num. 26.

10 Quinto, amplia in Capellano, cui capella in perpetuum, vel in titulum fuerit assignata per Papam, aut Episcopum: ita Salzed. ad Bernard. cap. 64. incip. coram ſecularibus num. 11. & 12. Armend. ubi proxime num. 26. Cened. diſt. quaſt. 4. num. 37.

11 Sexto, amplia in clerico habente praſtimonium, vel fratantiam, & ita reſoluit Aloyſ. Ricci. diſt. reſolut. 327. verſ. ſufficeret tertio. Praſtimonia enim, quae in titulum perpetuum dantur, & habent annexum aliquod obſequium ſpirituale, beneficia nominantur, Flamin. de reſignat. libr. 1. quaſt. 1. num. 123. cum ſeqq. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſ. §. 5. §. 2. num. 11. Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 7. quaſt. 1. Nicol. Garcia de Benefic. part. 1. cap. 2. num. 117.

12 Clericus vero non beneficiatus, ſed in prima tonſura, vel minoribus Ordinibus tantum conſtitutus, vt fori priuilegio gaudere debeat necesse eſt vt clericalem habitum, & tonſuram deferens, per Episcopum ſeruitio alicuius eccleſiae deputetur, vel in ſeminario clericorum, vel aliqua ſchola, aut vniuerſitate de licentia Episcopi, quaſi in via ad maiores Ordines verſetur, vt habetur in Concil. Tridentin. diſt. cap. 6.

13 Haec licentia danda per Episcopum clerico, vt ad hoc effectum in certa eccleſia inſeruiat, ſufficit quod fuerit ore tenus conceſſa, ita deciſum refert Aloyſ. Ricci. in praxi fori eccleſ. deciſ. 601. in 1. edit. & reſolut. 525. in 2. edit. Debet tamen eſſe expreſſa, vt reſoluunt Menoch. de praſumpt. libr. 6. quaſt. 76. nu. 41. Cened.

Cened. Canon. libr. primo questione vigesima quarta numer. 24. & 26.

14 Non sufficit verò quod tonsuratus virtute prædictæ licentiæ bis, vel ter inferuiat Ecclesiæ, quia verba *Concilij* dict. cap. 6. ibi, *alicui Ecclesiæ inferuiat*, sunt significantia actum perseverantium, quo requiritur frequentia, & perseverantia in servitij præstatione, *Cened. dict. questione quarta numer. 25. Carol. de Graßus dict. effectus 1. numer. 1183.* Non vero omni tempore, sed pro maiori parte ipsius, quare si aliquo impedimento necessario interpellatum fuerit huiusmodi servitium, non propterea dicere- tur privilegio fori carere, prout decusum refert *Galeit. in margarita casuum conscientie. verbo clericus pag. 42. col. 2.* Et huiusmodi servitium debet præstari de præfenti cum *Concil. dict. capit. 6.* loquatur per verba temporis præfentis ibi, *inferuiat*, & ibi, *versum Monach. consil. 912. numer. 27. Carol. de Graßus dict. effectus 1. numer. 1179. vbi numer. 1177.* resoluit quod huiusmodi servitium debet omnino consistere in spiritualibus, & non sufficere in temporalibus, & numer. 1170. tenet non sufficere si servitium præstetur alteri Ecclesiæ, quam illi, in qua mandavit Episcopus.

15 Requiritur igitur, quod clericus in minoribus habitum, & tonsuram tempore capturæ portet, vt disponit *Ordinatio Regia Legationum lib. 2. titulus 8. 27. ibi, E for. achado em habito, e tonsura*, notant *Gomez. tom. 3. variarum cap. 10. numer. 5. Doñ. Barbosa in l. Titia num. 33. vers. secunda principalis conclusio, & vers. ex quo inferuitur, si soluto matrim. Sanchez de matrim. libr. 7. disputat. 46. numer. 10. Stepha. Gratian. discept. forens. cap. 190. numer. 10.*

16 Si controversia fuerit orta super probatione habitus clericalis, an scilicet ille, in quo fuit reperi- tus, sit conveniens, tunc iudex ecclesiasticus debet cognoscere, vt firmiter *Stephan. Gratian. d. c. 190. numer. 13. Farin. in praxi criminali. quest. 8. nu. 34. Canale. decis. 10. num. 12. cum seq. & decis. 21. num. 18. & 21. part. 5. Cened. dict. quest. 40. num. 32. latè & eleganter Marini Anton. var. resolut. lib. 3. resolut. 48. num. 1. & 2.*

17 Hæc supra relata procedunt dato casu, quod huiusmodi clericus captus sit, quia tunc ad hoc, vt fori privilegio gaudeat, debet esse inuentus, & cap- tus in habitu, & tonsura, & licet *Ordinatio nostræ dict. §. 27.* loquatur solum per verbum, inuentus, ibi, *for. achado*, intelligitur de inuento, & capto; quia ille dicitur inuentus, qui fuit inuentus, & cap- tus, vt probat *text. in l. si Barsatorum, C. de fideius- sor. & mandator. cum latè resolutis per Rivinum tom. 1. com. opin. lib. 1. titulus 17. num. 118. p. 229. Mex. in tract. rassa panis concl. 1. num. 31. cum seqq. Gutier. Ca- non. lib. 1. cap. 12. num. 9. cum seq. Thom. Valasc. alleg. iuris tom. 1. alleg. 14. num. 10. & 11.*

18 Quando tamen clericus non fuerit captus, sed tempore delicti commissi habitum, & tonsuram non deferbat, quam postea realsumpsit, tunc fori privilegio gaudet, vt resoluit *Clarus dict. quest. 36. vers. sed hic quæro. Farin. dict. quest. 8. num. 66. vers. item quid, Mari. Anton. dict. resolut. 38. num. 8.*

19 Adeo verum est clericum in minoribus, ad hoc vt privilegio fori gaudeat, teneri habitum clerica- lem, & tonsuram deferre, itaut non sufficiat ge- statio habitus, vel Coronæ, sed utrumque necessa- rium sit, ex regul. l. hæc verba 124. ff. de verbor. signi- ficat. docent *Beller. disquisit. cler. part. 1. tit. de favore ele- vi. person. §. 8. numer. 7. D. Barbosa in dict. l. Titia num. 34. vers. ultimum. concl. Sed si huiusmodi clerici vel habi-*

tum clericalem, vel tonsuram dimittant, privile- gium amittunt, etiam si prius eos Episcopus non adinoneat, vt habitum, tonsuramve sumant, trina enim monitio ad effectum, vt clericus non in- cedens in habitu, & tonsura amittat clericale privi- legium, attenta dispositione *Concil. dict. cap. 6. ne- cessaria non est, prout tenent Cui. in inst. maior. lib. 3. tit. 9. de privileg. cleric. num. 66. Tilius Zechius de re- publica ecclesiastica, tit. de clericis num. 6. vers. amit- titur autem, Navar. consil. final. numer. 6. de privileg.* & ita pluries fuisse decusum testantur *Marini Anto- nin. dict. resolut. 48. num. 7. Alois. Ricc. in praxi fori ecclesiastici decis. 606. in 1. edit. & resolut. 530. num. 4. in 2. edit. Rgolm. de potestate Episcopi cap. 12. numer. 3. vers. 3.*

20 Vbi limitat in ecclesiastico portante vestes lai- cales aliqua rationabili causa: sicut etiam limitarem in clerico etiam capto sine habitu, & tonsura, soli- to illam deferre, quia tunc fori privilegio gaudere decusum refert *Mar. Anton. dict. loco num. 7.* Nam sola continuatio incedendi in habitu clericali, & perse- verantia, vt publicè existimetur laicus, privilegium clericale amittere facit, ex resolutis per *Farin. dict. quest. 8. num. 66. Pross. de Augustino in additionibus ad Quarantam in sum. Bullar. verbo habitus clericor. limit. 3.*

21 Attento iure communi bene verum est clericos solutos in minoribus fori privilegio gaudere, etiam si neque habitum deferant, neque tonsuram, confir- mant *D. Barbosa in dict. l. Titia num. 35. vers. & ideo.* At vero attento *Concil. Trident. dict. cap. 6.* constitu- tum est, vt in minoribus constitutis fori privilegio non gaudeant, nisi beneficium habeant ecclesiasti- cum, aut clericalem habitum, & tonsuram deferen- tes, alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inferuiant, &c. Vnde plus disponit *Trident.* quàm concedebat *Th. 11. Constitutio Regibus Portugaliæ, à tempo- ribus Alphonsi 7. quod scilicet clerici in minoribus non beneficiati, si non gestarent habitum, & tonsu- ram à seculari Iudice capi & puniri possent, similes- que concessiones Hispaniæ, & Galliæ Regibus fa- ctas refert ab Alexandro 7. & Leone X. Barbosa dict. num. 35. ad finem*, quibus iam hodie non suffragan- tibus secundum *Concilij* decisionem iudicandum est, cum in ultimis verbis *dict. cap. 6.* abrogentur omnes consuetudines, & privilegia in contrarium, vt ad- uertit *Thom. Valasc. allegat. 11. num. 5. & 11. faciunt- que Bobadill. in sua politica lib. 2. cap. 18. à num. 15. soar. aduersus Anglicanæ sectæ errores lib. 4. cap. 27. num. 13.*

22 Sic etiam licet attento iure communi clericus incedens sine habitu, & tonsura non esset clericali privilegio priuandus, nisi ter monitus fuisset *cap. fin. de vita, & honest. cler. cap. in audientia, & cap. con- tingit 2. de sentent. excommuni. attamen post Concilium Trident. sess. 23. de reformat. cap. 6. propter dict. nisi, quæ excipit, iuxta l. actione C. de action. decusum fuit si non incedat clericus in habitu, & tonsura, non re- quirere aliam monitionem, refert *Beller. disquisit. cleric. part. 1. tit. de favore cleric. pers. §. 8. numer. & supra dixi numer. 19.**

23 Clericus vero enormia crimina committens si- ne habitu, & tonsura incedens iure communi po- terat à iudice seculari non præcedente trina mo- nitione puniri ex *text. in capit. ex parte il 2. in ord. 27. de priuil. post Abb. Rgl. Foler. & clarum com- munem dicit Farin. in dict. quest. 8. num. 56. ac de ca- testantur Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. nu- mer. 90. Cou. pract. cap. 32. num. 2. vers. 3. Clar. d. quest. 26. vers. quinto modo, Marini Antonin. dict. resolut. 48.*

numer. 6. verſ. limitatur 2. adducentes etiam text. in cap. 1. de apoſtat. ibi (reſcripto Ordine clericali, & habitu) iuncto ſine ibi) per conſuram eccleſiaſticam non præcipimus liberari) id eſt, non iuari beneficio Canonis excommunicationem ſtatuentis contra eos, qui violentas manus in clericos iniiciunt: ſed potius eo non obſtante capi poſſe à iudice laico, omnique priuilegio clericali priuari, vt interpretantur ibi omnes, atque Bernard. in præſt. capit. 111. & melius ad noſtrum propoſitum, ex eodem textu communem eſſe, ac conſuetudine receptam, poſt alios, quos refert, fatetur ſalzed. in addit. ad eundem Bernard. cap. 139. litera B. qui omnes, & præcipue Farin. hanc differentiam inter iſtum caſum, & alium de clerico deprehenſo in crimine non enormi ſine habitu & tonſura notant intereſſe, nam quando crimen enorme non eſt, trina requiritur monitio, vt clericus, qui monitus habitum, & tonſuram non reaſſumit, amittat priuilegium clericale: At vero quando crimen enorme eſt, abſque vlla monitione amittit priuilegium, ex text. quem ſic intelligunt in diſt. cap. perpendimus de ſent. excommunicat. Intelligunt præterea hanc ſententiam procedere, vbi clericus non vllum, ſed plura commiſit crimina, ita vt quaſi inueteratus in illis perſeueret, expendentes omnia iura in hac materia loqui in numero plurali. Ex quibus ita eſſe intelligendam iuxta mentem Doctorem, quos late referunt, comprobant Farin. diſt. quaſt. 8. numer. 55. Caball. reſol. crimin. caſu 60. numer. 17. Alex. de Neno conſ. 59. numer. 21. & 22. Belleſ. diſt. tit. de fauore clericorum personali §. 7. numer. 3. verſ. ſecundum.

24 Sed ſupradicta communis ſententia nimis dura videtur, & contra eam tenent Cou. diſt. verſ. 3. ſalzed. diſt. litera B. Capic. deciſ. 161. numer. 2. Boer. deciſ. 69. numer. 17. Belleſ. diſquiſit. cler. part. 1. tit. de fauore clericorum personali §. 7. numer. 3. ex eo quia nullibi expreſſum reperitur, quod non præcedente trina monitione, & non data incorrigibilitate, priuetur clericus priuilegio fori, vt à iudice ſeculari valeat carcerari: imò videtur expreſſus in contrarium ordo ſcriptus à Pontifice in cap. cum non ab homine de iudiciis, & Cou. & ſalzed. diſt. locis auctoritatibus, quibus communis iuritur, bene reſpondent: ad praxim tamen, quam ſolum intendimus demonſtrare, ſatis ſit pro comperto haberi iuri communi, (ſaltem, vt non requiratur trina monitio,) per Concil. Trident. fuiſſe derogatum, vt ſupra dixi, & ita pluries fuiſſe deciſum refert Marim. Anton diſt. reſolut. 48. num. 17.

25 Quoad clericos vero in minorib. coniugatos Concil. Trident. diſt. ſeſſ. 23. capit. 6. iubet obſeruari Conſtitutionem Bonifacii VIII. in capit. 1. de clericis coniugatis lib. 6. illo ſuperaddito, quod huiusmodi clerici alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ab Episcopo deputati, eidem Eccleſiæ ſeruiant, vel miniſtrent, & clericali habitu, & tonſura vtantur. Quæ quidem Conſtitutio Bonifacii VIII. in diſt. capit. unico. priuilegium hoc multis modis reſtrinxit. Primo, vt eo gaudeant clerici coniugati ſolum in criminalibus, non ita in ciuilibus, vt conſtat ex eodem text. ibi, pro commiſſis ab eo exceſſibus, vel delictis, iuncto ſine, ibi in cæteris autem eos gaude-re volumus priuilegio, &c. Ratio autem iuſtiſſima fuit propter multitudinem clericorum prima tonſura, & minoribus Ordinibus initiatorum, qui ſi priuilegio fori gauderent, maxima ex parte minueretur Principum ſecularium iurisdicctio, explicat latiſſimè confirmans Cou. diſt. capit. 31. numer. 6. &

alij de quibus Farin. diſt. quaſt. 8. numer. 7. Neque obſtat argum. quo contrariam ſententiam, quod ſcilicet in ciuilibus eo gaudeat priuilegio, tenuit Lapus & alij de quibus proximè citati, ex verbis text. in diſt. capit. unico ibi, criminaliter, nam debet intelligi ſecundum eodem de criminibus intentatis criminaliter, aut ciuilitè, iuxta præcedentia verba ibi, pro commiſſis ab eis exceſſibus, &c.

26 Secundo reſtringitur priuilegium diſt. cap. unico, ad clericos, qui cum vnica virgine contraxerint, quod etiam diſponit Ordinatio Regia Luſitanorum lib. 2. tit. 1. §. 27. & apud Hiſpan. l. 35. tit. 5. part. 1. & notant Anton. Gomez. tom. 3. variarum capit. 10. numer. 4. Alphonsus Alvarez in ſpeculo iuris Pontificij cap. 35. verſ. ſi vero clericus, Curia Philipp. part. 3. §. 1. numer. 8. Sanch. de matrim. lib. 7. diſput. 46. numer. 1. Carol. de Graſſis diſt. effect. 1. numer. 8. Camill. Borell. in ſumm. omnium deciſionum tit. 8. de clericis coniug. numer. 24. vbi ampliatur etiam ſi poſtea ipla adulterium committat.

27 Tertio, reſtringitur ibidem priuilegium, vt tunc demum eo fruatur coniugatus, ſi veſtes deferant, & tonſuram, explicant Cou. ſoar. Bohadill. Barboſa à numer. 33. Carol. de Graſſis diſt. effect. 1. numer. 84. late Farin. à numer. 64. diſt. loc. ſcacc. in tract. de iudic. part. 1. cap. 11. numer. 20. & 82. Thom. Valaſc. allegat. 44. à principio. Dubitari tamen poteſt, an huiusmodi clerici coniugati, ſi ſine habitu, & tonſura incedentes delictum committant, & habitum, ac tonſuram poſtea reaſſumant, priuilegium retineant clericale? in qua quaſtione communis ſententia eſt huiusmodi clericum priuilegium retinere clericale, vt notatur ex textu iuncta gloſ. verbo quamdiu in Clem. 1. de vita, & honeſt. clericorum, recepta ex multis de quibus Cou. diſt. cap. 31. numer. 7. Barboſa numer. 33. verſ. quinimò, Farin. num. 66. diſt. locis. Modernus de iurisdicctione part. 2. capit. 32. numer. 41. Thom. Valaſc. alleg. 44. à numer. 4. & alios ex antiquioribus refert Carol. de Graſſis de effectibus cleric. effect. 1. numer. 84. ſicut etiam priuilegio gaudere dicendum eſt, quamuis per aliquod tempus ante, vel poſt delictum, habitum, & tonſuram dimiſerint, ſi tamen vtroque illo tempore, & delicti, & capturæ in eo reperiantur: ita ex mente text. in diſt. capit. unico, & ex Alex. Hypp. & Claro in diſt. §. final. quaſt. 36. numer. 15. magis receptum concludit Barboſa diſt. l. Titia numer. 33. verſ. & per contrarium, & poſt cum Thom. Valaſc. diſt. allegat. 44. numer. 6. Ratioque euidentis eſt, nam iure communi, ac etiam Regio Luſitanorum, quod Pontificum auctoritate firmatum innuimus ſup. numer. 22. habitus & tonſura illis duobus tantum temporibus requiritur, nec in aliqua iuris parte cautum reperitur, vt propter dimiſſum habitum, & tonſuram ſtatim priuilegium amittant, vt conſtat ex ſupradictis.

29 Quaſtio non leuiter controuerſa reſtat in hac materia, vtrum ſcilicet ſi clericus coniugatus pro crimine capiat incedens ſine habitu, & tonſura, & deinde è carcere fugiens, habitum, & tonſuram reaſſumat, & in ea iterum capiat, gaudere poſſit priuilegio clericali, itaut prima captura, an vero poſterior ſit attendenda. In qua quaſtione, quod priuilegio non gaudeat non raro recipi reſtatur Cabed. parte prima deciſione quinquageſima octaua, numero octauo, aſſerens pro hac parte eſſe expreſſum text. in diſt. capit. ex par. de priuileg. dum probat clericos deprehenſos in crimine ſine habitu, & tonſura, à ſeculari po-

testate puniri posse licet postea eam reassumant, quem etiam ad hoc propositum adducit *Modernus de iurisdic. part. 2. cap. 32. numer. 41.* aliaque tradit *Beller. dict. §. 8. a numer. 12.* Sed parum facit, si aduersitas non agere textum de clericis coniugatis, & deinde attento tempore, & iure Decretalium, tam istos, quam solutos, non amittere priuilegium ante trinam monitionem: sicut etiam attento iure communi non concludit ratio, quam ex *Imol.* adducit idem *Cabed.* & ex plurium auctoritate probat *Farin. dict. quest. 8. numer. 66. vers. dummodo tamen,* quod scilicet per capturam prauentum videtur iurisdicatio, & per prauentionem secularis factus est competens, unde reassumptio tonsuræ censetur facta in fraudem iurisdictionis secularis. Nam stando de iure communi dimissio habitus satis non erat, ut index secularis contra clericum fiat competens, non praemissa praedicta trina monitione, & consequenter cum omnino sit incompetent, non potest ecclesiasticum prauentum, ex his, quae notantur in *cap. proposuisti de foro comp. maxime* quia abfugiens dedit se in naturalem libertatem, adeo, ut per primam capturam non possit dici facta prauentio.

30. Addunt multi, ad hoc ut clerici coniugati gaudeant priuilegio clericali, requiri quod nullatenus negotiis secularibus se immisceant, quia his se immiscuentes eo redduntur indigni, iuxta text. in *cap. Ioann. in fine de clericis coniug. ita Ioannes And. & infiniti, quos refert Sanch. dict. disput. 46. numer. 25.* sequuntur *Thom. Palasc. allegat. 4. numer. 13. Camill. de Curie in diuersis, seu comprehensorio iuris feud. part. secunda cap. 2. numer. 83. circa finem, Camill. Borrell. ad Bellug. in speculo Principum rub. 11. §. videamus numer. 1. littera A. vers. & tunc denum, Scacc. in tract. de iudic. part. 1. cap. 11. num. 20. vers. tertio:* Sed melius contrarium probant *Cou. pract. cap. 31. num. 8. vers. 6. pluresque alij quos refert, & sequitur Sanch. dict. disput. 46. num. 26.* optima quidem ratione, quia huiusmodi clericis coniugatis licita est negotiatio honesta victus causa, ut bene probat textus in *dict. cap. Ioannes in fine, & consequenter* priuilegio à iure concessio priuari non debent, ex eo quod licitam, honestam, & necessariam, secundum suae personae qualitatem, exercent negotiationem, *Carol. de Grassis dict. effect. 1. num. 87.*

31. Vtrum in praedictis casibus, in quibus clerici in minoribus priuantur priuilegio clericali, puniri possint à iudice seculari nulla praecedente degradatione, de qua in *cap. 2. de penis in 6. vide Cou. pract. cap. 32. num. 6. Farin. dict. quest. 8. num. 57. Thom. Palasc. alleg. 51. per totam, affirmatiue respondentes, quod sine degradatione, ex recepta consuetudine, à seculari iudice puniri possunt, praeuia tamen declaratione sui Ordinarij amissionis priuilegiorum, ut infra clarius dicam.*

32. An autem clerici, qui in praedicti Concil. Trident. decreto, fori priuilegio priuantur, priuilegio etiam Canonis intelligantur priuati? in qua quaestione negatiuam partem tenent, & secundum illam decisum fuisse testantur *Beller. disputat. clerical. par. 1. tit. de fauore cleric. pers. §. 8. numer. 19. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. §. 5. numer. 7. Nicol. Garcia de beneficiis part. 2. cap. 2. num. 20. Aloys. Ricc. in praxi fori ecclesiastici decis. 607. in 1. edit. & resolut. 531. numer. 7. in 2. edit. contra Felicianum de censibus libr. 2. cap. ultimo numer. 14.* Sic etiam clericus prima tonsura, etiam si non gaudeat fori priuilegio, gaudere tamen potest priuilegio *cap. Odoarius, de solutionibus, ut re-*

soluit *Galettus in margarita casuum conscientia verbo clericus pag. 40. colum. 2. & refert* *decisum Armen-dar. in addit. ad recapit. legum Nauarra lib. 2. tit. 19. de foro compet. numer. 2. pag. 93.*

33. Quaestio denique in hac materia controuersa, difficilis, & quotidiana est, ad quem scilicet iudicem ecclesiasticumne, an secularem pertineat cognitio, & decisio dubij circa clericatum, quando scilicet deprehensus in crimine à seculari iudice clericum se esse dicit, & ad iudicem ecclesiasticum remitti petit: vel si dubium sit an habitum, & tonsuram deferat, ceterasque habeat qualitates necessarias, ut priuilegio clericali gaudere debeat? In quo dubio eam defendi semper sententiam, publiceque contra aliqua statuta, & praxim non iustam tenui, ad ecclesiasticum iudicem pertinere cognitionem, per expressum text. in *cap. si index laicus, de sentent. excommuni. libr. 6. vbi reddit* rationem summus Pontifex, quia de re spirituali, & ecclesiastica agitur: de spiritualibus autem nulla ratione laicos cognoscere posse generalis est iuris regula constituta in *cap. 2. de iudicis, cum vulgariibus* atque ita nostram hanc sent. firmant, ac late probant post antiquiores *Cou. pract. cap. 33. numer. 1. & post Ripam Salzed. ad Bernard. cap. 61. numer. 14. Joseph Sesse de inhibitionibus cap. 5. §. 6. numer. 78. Beller. dict. tit. de fauore clericor. person. §. 14. à princip. D. Barbof. in dict. l. Titia numer. 28. & 27. late & eleganter Anaf. de sacrorum immunit. libr. 3. cap. 15. à numer. 55. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 190. à numer. 13. Marini Antonin. variar. resolut. libr. 3. Farin. dict. quaestione 8. numer. 33. vbi numer. 34. ampliat procedere non solum quando quaestio est super clericatu, sed etiam quando est super vestibus, an scilicet in habitu in-*

cesserit, & tonsura.

34. Verior tamen in hac quaest. resolutio haberi potest, quod coram iudice ecclesiastico de clericatu, & aliis necessariis cognitio est habenda, citatis tamen iudice, & filio secularis Curiae, & verificatis verificandis index ecclesiasticus poterit declarare N. esse clericum, & gaudere priuilegio fori, & deinde est petenda remissio, cum intimatione dicti decreti, iuxta *dict. cap. si index, ita refert ex Farin. & aliis Mari. Anton. dict. resolut. 48. numer. 24.* quae remissio facienda est sine clerici dedecore, ob reuerentiam clericalis dignitatis, ut ex *Claro dict. quest. 36. vers. quare quomodo, dicit Mari. Anton. dict. loco num. 25. & intra certum terminum nempe 20. horarum, alias index clericum retinens ultra praedictum tempus incurreret excommunicationem Papalem dict. cap. si index, cap. nuper de sentent. excomm. sicut etiam clericus notorius in sacris, vel beneficiarius repertus in flagranti delicto à iudice seculari debet statim, & incontinenti, aut cognitionem de clericatu, ecclesiasticae Curiae reddi, *dict. capit. si index* In flagranti vero deprehendere dicitur quando nec fugere, nec inficiari poterit, *Menoch. conf. 82. numero 179. Anton. Monach. Lucensi decisione 38. numer. 2.**

35. Iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui, & sententiae iudicis secularis in clerico remisso, *Curi. Philip. part. 3. §. 1. num. 11. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 19. num. 21. Soa. de Paz in praxi tom. 2. prael. 2. num. 11. & 12. Palasc. conf. 48. num. 9.*

36. Ultra praedictos clericos in minoribus de quibus hucusque egimus, qui iuxta formam Concil. Trid. fori priuilegio gaudere possunt, sunt & alij, qui huiusmodi priuileg. capaces sunt, ac proinde à tri-

Datis, & ſeculari poteſtate exempti, quamvis clericali tonſura, vel in minoribus Ordinibus conſtituti non ſint.

37 Nonitij, quamvis dici nequeant religioſi, vt reſoluit *Angel. verbo relig. num. 24.* rectè tamen, & valide nominantur eccleſiaſtica perſonæ, per *gloſ. in cap. relig. §. quamvis non poſſit, de ſent. excomm. in 6.* & priuilegio etiam fori gaudent, vt non poſſint conueniri coram iudice ſeculari, ita *laſ. in auth. ſi qua mulier numer. 59. C. de ſacroſ. eccl. Brunol. à Sole in locis tom. verbo nonitius. Galet. in marg. aſſa caſuum conſcientie verbo nonitius 2. Moder. de iuriſdict. part. 4. caſu 121. num. 24. Curia Philip. part. 3. §. 1. num. 12. Seyr. in florib. deciſ. lib. 2. tit. 2. deciſ. 3. Cenſ. commun. contra com. tom. 4. quaſt. 897. num. 1026. Azor. inſtit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 2. quaſt. 2. Gut. de gabell. quaſt. 95. numer. 22. cum ſeqq. Fr. Emman. quaſt. regularium tom. 3. quaſt. 51. art. 12. Campanill. in diuerſ. iur. Canonici rub. 12. cap. 3. num. 27.*

38 Conuerſi, qui veri religioſi ſunt, eo quod tria illa vota paupertatis, caſtitalis, & obedientie emittunt, priuilegio fori, & exemptionis à poteſtate ſeculari, & à tributis gaudent, prout reſoluit *Flores de Menar. variar. lib. 2. quaſt. 21. num. 194.* Hi vulgò dicuntur, *Frates laici*, non quod eccleſiaſtica perſonæ, & religioſi non ſint, ſed quia Ordinibus carent, & clerici non ſunt, ſicut alij monachi, & religioſi: ita *Peregr. variar. lib. 6. numer. 70. Bellug. in ſpeculo Princip. rub. 11. §. videndum num. 6. verſ. item comprehendit, Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 28. Eugen. conf. 26. nu. 10. Camill. de Curie in diuerſorio, ſeu comprehenſuris feud. p. 2. c. 2. num. 92. Carob. de Graſſis d. effectū 1. nu. 96. Nicol. Garcia de benef. p. 1. c. 4. num. 11. Miranda in man. Prælat. tom. 1. q. 29. art. 1. concl. 1. Sic etiam huiusmodi conuerſos gaudere priuilegio Canon. *ſi quis ſuaſcente 17. q. 4. per cap. Parochian. 9. de ſent. excom. reſoluit Nau. in man. cap. 77. nu. 79. Soar. de cenſur. diſp. 22. ſect. 1. à nu. 19. Paulin. Berti Lucenſ. in praxi crim. regular. tit. 1. c. 3. n. 1. Bonacina de cenſuris diſp. 2. q. 4. puncto 1. numer. 6. Miranda diſt. quaſt. 29. art. 3.**

39 Oblati, qui ſe, & ſua in totum religioni tradiderunt, gaudent priuilegio fori, *Moder. de iuriſd. p. 4. caſ. 113. num. 37. Gard. Tuſc. præſt. concl. 16. Peregr. variar. lib. 6. numer. 71. Fr. Paulin. diſt. capit. 3. numer. 3.*

40 Deputati auctoritate Prælati ad aliquod Hoſpitale creptum auctoritate Ordinarij, etiam fori priuilegio gaudent, vt reſoluit *Palaeſ. conſul. 105. num. 32. Carol. de Graſſis diſt. effectū 1. num. 117.*

41 Fratres tertij Ordinis S. Fraciſci in communitatibus viuentes, ſunt perſonæ eccleſiaſtica, gaudentque fori priuilegio, vt diſponit Ordinatio Regia Luſitan. lib. 2. tit. 2. §. 1. ibi (*Pore ſe alguns da terceira Ordem viuerem em communidade, &c.* reſoluit Graſſis in deciſ. aureis lib. 2. cap. 49. num. 27. Curia Philip. par. 3. §. 1. num. 15. Soar. diſt. ſect. 1. num. 20. Miran. in manu. Prælat. tom. 2. quaſt. 36. concl. 2. Molin. de inſtit. tom. 4. tract. 3. diſp. 50. num. 4. in princip. Fr. Paulin. diſt. tit. 4. cap. 30. num. Aloyſ. Rice. in praxi fori eccleſiaſt. deciſ. 663. in 1. edit. Controuerſum autem eſt an prædicti Fratres ſi in communitatibus non viuant, ſed ſue quique domi, fori priuilegio potantur? affirmatiuam opinionem, quod ſcilicet verè ſint religioſi, & priuilegio exemptionis gaudeant, tenent *Fr. Emman. quaſt. regul. tom. 2. quaſt. 65. art. 4. Marc. Anton. Eugen. conf. 26. num. 1. Petr. de Vobald. de portione Canon. quaſt. 17. num. 13. & alij quos refert ad vtramq; partem Card. Tuſc. tom. 4. lit. F. concl. 470. Moder. de iuriſd.*

*part. 4. cent. 2. cap. 113. num. 36. & latius quam omnes, ex proſello 20. conferens argumenta pro hac parte, Beat. 10. ann. Capistr. in tract. quem ſcripſit de ſenſoribus tertij Ordinis Dni Fraciſci. Negatiua vero pars, imò prædictos Fratres non eſſe exemptos à poteſtate ſeculari, nec priuilegio exemptionis à tributis gaudere, ex eo ſuadetur, quia regulam non habent propriè, quoad tria vota ſubſtantialia, ſecundum modum viuendi approbatum per Sedem Apoſtolicam, vt ait *gloſ. verbo obedientiam in Clement. 1. de religioſis domib. gloſ. ſimilis verb. tertio. in Clement. 3. de excom. quas communiter receptas pluribus adductis reſtantur Duen. regul. 100. limit. 18. Azgued. ad l. 1. numer. 4. tit. 14. lib. 6. nouæ recopil. Et facit optimè text. in diſt. Clement. 3. quatenus decidit huiusmodi Fratres tertij ordinis, tanquam ceteros laicos admitti non poſſe à Fratribus minoribus ad diuina tempore interdicti, quibus & aliis fundamentis hanc negatiuam ſententiam tuentur *Duen. reg. 100. lim. 21. Calderin. conſil. 4. de regularib. Abb. in capit. 2. numer. 11. & Felin. numer. 10. de foro comp. Marian. in cap. 1. numer. 12. eodem tit. Decian. tract. criminal. lib. 4. cap. 9. numer. 34. Bologn. conſil. 22. numer. 12. Vulpell. de libertate eccleſ. part. 3. numer. 29. Intrig. deciſ. 30. numer. 4. Fraciſc. Vin. Neapol. deciſ. 49. num. 10. Maſc. de probat. concl. 557. numer. 6. Nicol. Feſtaſ. in tract. de extimo part. 4. cap. 1. à numer. 10. Mol. diſt. diſp. 50. numer. 4. verſ. de his, Camill. Borrell. in ſumma. omnium deciſ. tit. 43. de foro competenti num. 139. latè Carol. de Graſſis diſt. effectū 1. à numer. 92. Vnde exemptionem à tributis conſequi non poſſe decidit apud Hiſpanos l. 19. tit. 4. lib. 4. Ordin. & l. 2. tit. 14. lib. 6. nouæ recopil. vbi Azguedo, Lazarte de decim. vendition. cap. 19. à numer. 90. Auendan. de exequen. mandatis lib. 2. capit. 14. numer. 28. de Gabell. quaſt. 95. num. 5. & 6. Flores de Menar. diſt. quaſt. 21. numer. 197. Steph. Gratian. in diſcept. forenſ. capit. 224. numer. 34. & cap. 363. numer. 29.***

42 Eremitæ, qui nullam proficentur religionem, nulloque Ordine clericali ſunt inſigniti, nec habent certum viuendi modum ab Eccleſia approbatum exempti non ſunt à poteſtate ſeculari, nec priuilegio fori gaudere poſſunt, ita *Duen. reg. 10. limit. ſin. Armandar. in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1. Com. præſt. cap. 34. numer. 4. verſ. 2. intellige, Curia Philip. part. 3. §. 1. numer. 15. Boer. in tract. de ſtatu, & vita Eremit. numer. 13. & 14. Carol. de Graſſis diſt. effectū 1. à numer. 102. Fr. Emman. diſt. tom. 2. quaſt. 62. art. 2. Flores diſt. quaſt. 21. à num. 194. Mol. in emporio iuriſd. part. 1. tit. 2. in prælud. numer. 141. Mol. de iuriſd. tract. 2. diſp. 141. verſ. eremita, & diſt. tract. 3. diſp. 50. numer. 4. in fine, Cenſ. commun. contra commun. tom. 4. quaſt. 896. numer. 585. cum ſeq. Camill. de Curie diſt. part. 2. cap. 2. numer. 93. praxi episcop. verbo Eremitæ, Sanchez in præcepta Decalogi lib. 4. capit. 16. numer. 10. Fr. Paulin. diſt. tit. 1. cap. 3. num. 4. Bellet. diſp. 1. cleric. part. 1. tit. de diſciplina clericali, §. 2. numer. 25. Sic etiam priuilegio Canon. *ſi quis ſuaſcente*, minimè gaudere reſoluit Graſſis in aureis deciſ. libro ſecundo cap. 18. numer. 27. part. 1. Soar. diſt. ſect. 1. num. 11. Molm. diſt. diſp. 50. numer. 4. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. tom. 1. lib. 1. numer. 214. Et à collectis, & gabellis immunes non eſſe tenent *Auendan. diſt. cap. 14. numer. 24. Gutier. de gabell. quaſt. 95. num. 7. Flores diſt. quaſt. 21. à num. 195. & num. 204. Fr. Emman. quaſt. regular. tom. 3. quaſt. 74. art. 11.**

43 Si tamen huiusmodi Eremitæ profeſſionē emittant, prout in aliquibus Proinciis extant, multa il-

lorum monasteria, tunc privilegio fori, & exemptionis à tributis eos gaudere non est dubium, & disponit *Ordinatio Regia Lusitanorum* lib. 2. tit. 11. in princip. & fatentur omnes supra relati, in quo eventu credo accipiendas esse resolutiones præstas à *Moderis de iurisdictione dict. casu 113. numer. 11.*

44 Pœnitentes seculari iudicio sunt subiecti, nec aliquo fori privilegio gaudent, ut resoluunt *Cou. dict. cap. 34. numer. 4. Decian. tract. criminal. lib. 4. capit. 9. numer. 35. Morl. in emporio iuris part. prima tit. 2. in præliis numer. 143. Carol. de Grassis dict. effectus 1. numer. 127. post Simanch. Roiam, & Azved. Cened. ad decretum collectan. 34. Et in eo genere mulierum, quas Lusitani vocant, *Bata, & Itali Pinzecheræ* idem resoluunt *Parlad. lib. 3. rerum quotidian. diff. 9. §. 1. numer. 5. Farin. in præci crim. questione 8. numer. 46. Bobadilla in sua politica lib. 2. capit. 18. numer. 199.**

45 Militares religiosi ex Ordinibus militariis Christi Domini, Divi Iacobi, & Divi Benedicti, Sancti Stephani, & S. Lazari, ac aliis similibus fori privilegio gaudent, prout latè resoluunt *Nauar. consil. 12. & 13. de regularibus. Carol. de Grassis dict. effectus 1. a numer. 109. Mend. à Castro in præci Lusitanæ lib. 2. cap. 1. numer. 12. Curia Philip. part. 1. §. 1. num. 13. Fr. Emman. quæst. regul. tom. 2. quæst. 62. art. 13. cum segg. Etiam professi non sunt per text. in cap. religiosi §. 1. ubi Archid. de sent. excomm. lib. 6. & faciunt quæ 1. as. in l. cum quadam numer. 13. ff. de iurisd. omnium iud. Trauell. de veterat. lig. §. 1. gl. 8. num. 21. Curia Philip. part. 3. §. 1. numer. 13. & quæ supra notauimus, agentes de nouitio, quo fundamento in Senatu Regio Portugaliæ sic iudicari vidi, quamvis contrarium resoluunt *Bobadilla in sua politica lib. 2. cap. 18. numer. 86. & cap. 19. numer. 17. in fine. Fr. Emman. dict. quæst. 62. art. 14. In nostro Regno Portugaliæ Milites Ordinis D. Nostri Iesu Christi potiuntur privilegio exemptionis, si habuerint præceptoriam militarem vulgo, Comenda, aut aliquam tenentiam seu panem ciuilem, cum habitu illius Ordinis, vulgo *tença*, ita attestantur *Valasc. consil. 13. numer. 5. Melch. Phel. dec. 83. numer. 6. cum seg. 46. De his Militibus controuertunt Doctores an veri dicantur Religiosi? & in ea semper fui opinio, ne illos vere dici Religiosos, quam etiam teneantur *Cou. Nauar. Auend. Mench. Fortum. Garc. Bellug. & alij quos refert, & sequitur P. Sanch. in præcepto Decalogi lib. 4. cap. 16. numer. 11. alios citat Cened. ad Decretal. collat. 19. numer. 4. Iul. Cæs. Imbrian. in tract. de iudic. Regni in præci. num. 42. Morta in tract. de confirmat. Ordinis Divi Iacobi lib. 2. per totum, & præcipue cap. 2. §. 29. Bambaccar. in reper. cap. 1. §. qui clericus quæst. 2. num. 31. cum segg. si de feudo des. contrari. fuer. Gutier. præci. lib. 2. quæst. 111. numer. 2. Bobadilla in sua politica lib. 2. cap. 19. numer. 11. latè Carol. de Grassis dict. effectus 1. numer. 110. cum segg. Fr. Emman. quæst. regularium tom. 1. quæst. 1. art. 6. & quæst. 13. art. 2. P. Rebel. de obligat. instit. part. 2. lib. 3. quæst. 4. num. 13. nouissimè *Mendez à Castro in præci Lusitanæ lib. 2. cap. 1. num. 101. Quamvis huiusmodi Milites non esse vere Religiosos, sed secundum quid, teneant sarm. de reddit. ecclesiasticis part. 4. cap. 1. num. 13. Lozarte de decim. vend. cap. 19. num. 92. Girond de gabell. part. 7. in princ. nu. 47. Burg. de Pæz. consil. 7. num. 2. Arag. 2. 2. quæst. 88. art. 1. pag. 738. ad ultim. argum. Valent. tom. 3. in 2. 2. disp. 10. quæst. 4. puncto 2. P. Molin. de instit. tractat. 2. disp. 14. vers. est vero rigida, & disp. 613. num. 5. & tom. 4. tract. 3. disp. 39. numer. 5. P. Azor. institut. moralium*****

part. 2. lib. 13. cap. 4. quæst. 4. Azved. l. 14. numer. 3. tit. 5. lib. 3. nona recopil. *Moderis de iurisdic. part. 2. cap. 32. num. 15. & part. 4. casu 113. num. 33. Nicol. Garcia de benef. part. 1. cap. 4. num. 15. cum segg. Iacob. de Grassis tom. 1. consil. lib. 3. tit. de Regularib. consil. 11. num. 8. & 15. Sed ex cuiusque Ordinis Regulis, & Apostol. confirmationibus, dignoscere facile est, qui sint veri Religiosi.*

S P M M A R I U M.

- 1 Clerici etiam primæ tonsuræ non coniugati sunt immunes, & exempti à gabellis, & exactionibus, tributis, ac aliis similibus oneribus.
- 2 Apud Hispanos clerici in minoribus non sunt immunes à tributis, nisi actualiter habuerint beneficium ecclesiasticum.
- 3 Idem in Regno Portugaliæ.
- 4 Leges prædictæ Hispaniæ, & Lusitanæ militati subijci videntur.
- 5 Lusitani Ordinationes supra hominum memoriam scientie & patientie summo Pontifici fuerunt semper obseruatae, confirmataeque in concordatis factis inter Clerum, & Regem.
- 6 Clerici huiusmodi dicto privilegio immunitatis gaudentes, sunt etiam exempti quoad exactiones pro necessitatibus publicis.
- 7 Ad reparationem murorum, & pontium non sunt tributa imponenda clericis absq; summi Pontif. auctoritate.
- 8 Clerici negotiatores non sunt immunes à solutione gabellæ.
- 9 Clerici per viam negotiationis quando dicantur mercatores fieri.
- 10 Negotiator non dicitur, qui vendit granum, aut vinum ex redditibus sui beneficii.
- 11 Negotiari non dicitur qui vendit fructus suorum fundorum.
- 12 Negotiari dicitur clericus vendens fructus ex suo semine, suæque industria collecti ex alieno agro conducto.
- 13 Domum emens clericus ad suum usum non seluit gabellam, secus si ad locandum.
- 14 Militares Religiosi ex Ordinibus militariis Christi Domini, Divi Iacobi etiam, exempti à gabellis, & tributis.
- 15 An huiusmodi exemptio à tributis concedatur exoribus viduis prædictorum militum.
- 16 In Regno Hispaniæ, & aliis Provinciis teneatur clericus denunciare gabellariis res, quas portat.
- 17 Clerico non manifestante tenebitur nullis eius res portans denunciare, vel, damnum rescire.
- 18 Clerici tenentur iurare in manifestatione rerum eas portare ad suum usum, & illius iuramento statuitur, itant contrarium non possit probari, nec de eo querelari, quamvis falsum iurauerint.

CLERICI IN MINORIBVS
quando gaudeant exemptione à
gabellis, & tributis?

ALLEGATIO XIII.

1 Clerici, etiam primæ tonsuræ, seu minorum Ordinum non coniugati, sunt immunes, & exempti à gabellis, exactionibus, & tributis, ac aliis similibus oneribus, ut probant text. in cap. non minus, & in cap. aduersus de immunit. eccles. & in cap. quancum de censib. lib. 6. resoluunt *Cou. præci. cap. 31. nu. 9. Bertach. de gabellis part. 6. nu. 12. Guid. Papa de dec. 385. Remig. de charitativo subsidio q. 64 & 65.*